tuum & ipse sete eiunutri&· & alibi · quaerentes autem dnm non
deficient omni bono · & ipse dns in euangelio · Nolite sollicitie
dicentes quid manducabimus aut quid bibemus · scit enim pa
ter uester quia his omnibus indigetis · Quaerite ergo primu
regnum di & iustitiam eius · & haec omnia adicientur uobis ·
Sobrii estote & uigilate · semper in sobrietate & modestia
habetote uram uitam · cauentes semper astutias diabuli ·
& uigilate iugiter in custodia mandatorum di · & in custodia
animarum urarum · Sequitur · quia aduersarius uester dia
bolus tamquam leo rugiens · circuit quaerens que deuoret ·
Diabolus enim numquam dormiens · numquam ab insidiis
hominem requiescens · sed semper per die & nocte circuit temp
tando · & insidias ponendo hominibus · qualiter quemquam
illorum qui di uoluntati subiecti sunt · sua ualeat suggestio
one decipere · quaerens quem deuoret · non corpore sed ani
ma · quam que a dno ciuia & utilia ualeat pertrahere carnalia
desideria · Cui resistite fortes in fide · exemplo xpi & scoru
eius contempnentes dulcedinem carnalis concupiscentiae ·
Recordantes iugiter quid sit illis amaritudinis praeparatu
qui desideriis terrenis inseruiunt · nec conuerti a malitia sua
per penitentiam uolunt · Nos ergo fideliter dno adhaerere
satagamus · eiusque praecepta iugiter meditemur · Carnis
nrae desideria conteramus · & resistamus fortiter diabolo
hosti nequissimo · in fide recta · in spe firma · In caritate perfec
ta · & ad dni di omnipotentis festinemus seruitium · In ope
ribus misericordiae & pietatis · ut eius largiente gratia
mereamur & de hoste consequi triumphum · & aeternae bea
titudinis praemium · Sequitur · Ds autem omnis gratiae
qui uocauit nos in aeternam suam gloriam in xpo ihu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0168